

Graziani (Gratiani), Bonifacio. Psalmi vespertini quinque vocibus concinendi, opus quintum, Roma, Andrea figlio di Giacomo Fei. 1666. RISM G3661, GG3661. Earlier edition of 1653 (RISM G3660).

Title:

R.D. BONIFACII
 GRATIANI
 In Ecclesia Domus Professæ Societatis IESV,
 & Seminario Romano, iam Musicae Præfæcti.
 PSALMI VESPERTINI
 Quinque Vocibus Concinnendi.
 OPVS QVINTVM.
 [Escutcheon of dedicatee]
 ROMÆ, Iacobi Phæ Andreae Filij. M.DC.LXVI.

Cum Priuilegijs Summi Pontificis, & Superiorum permisso.
 Venduntur in Parione ad Signa Imperatoris, & Crucis Genuæ.

Dedication:

EMINENT.^{MO} AC REV.^{MO} PRINCIPI | CARD. ANTONIO | BARBERINO | EPISCOPO
 PRAENESTINO. | S.R.E. CAMERARIO, | ET MAGNO FRANCIÆ
 ELEMOSYNARIO | [orn.] | DOMINICVS GRATIANIVS FEL. |

PRODEVNT nunc rursus ad lucem modulatis Vocibus consoni | Pfalmi Daudici, Princeps
 Eminentissime; quos olim Peritorum iudicio Musica excellens in arte, Bonifacius meus
 Patruus ediderat, | vt Tempia Diuino Numini Consecrata, suauissimis laudibus reboarent.
 Excepti fuerunt auidè, auditi nunquam sine plausu, quippe | qui concentu harmonice
 temperato, mira quadam illecebra non | semel allegerint animos, & nunc rapiant
 impatienter in vota, vt | nouis Characteribus iterum imprimatur. Opportunis, importunis |
 sua sionibus acquieui. Ades enim verò hisce diebus ex Gallia, Mæcenas Desideratissime;
 qui meis paginis immortale Tutum patietis nomen inscribi. Non possunt sub Tui patrocinij
 Umbra, seu Verus luce, non feliciter affurgere in peregrinum iubar, quas Melioris
 fortunæ fulgor inaugura. Vbique Terrarum rutilat Antonij Principis Nomen: Vniuersas |
 Prouincias Tuæ humanitatis propitius splendor irradiat: Nemo est, qui Te non colat Urbis,
 & | Orbis amorem. Origo siquidem (cum Ennodio loquor) Te Dominum dedit sed Virtus
 adferuit: purpuram Tibi conciliauit splendor generis, cuius si deessent insignia, eligi Te in
 Principem mens fecisset. Hæc vna vox Populi Tuo in aduentu feliciter gratulantis. Hoc
 igitur voto eruditus submitto oculis, liberales exporrigo in manus modulata Diuini Pfaltis
 eloquia. | Excipe Princeps Eminentissime communes inter acclamationes, & plausus hoc
 quaecumque | mei in Te singularis obsequij argumentum placido serene frontis intuitu,
 quo soles, quamlibet | offusam Caliginem in purum lumen diluere. Auguror enim verò; si
 quas tenebras de sepulcro | defuncti mei Patruus contraxerint; ad immortalitatem Tui
 Nominis, ad supplicis gloriam Neopotis, Cælesti planè iubare dissipabis. Vale. |

Papal Privilege:

ALEXANDER | PAPA VII. | AD FVTVRAM REI MEMORIAM. |

CVM, sicut exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Gratianus Gratiani, & Dominicus | eius natus Hæredesq. Bonifatij etiam Gratiani a Marino, ipsi varia Musica in psalmis, | hymnis, modulis, Oratorijs, Missis, & Litanijs consentientia, ac alia quæcunque eiusdem | Bonifatij Opera Typis in Alma Vrbe nostra mandare intendant, vereantur autem, ne | alieni, qui ex alieno labore lucrum ea ipsa Opera imprimi facere curent in ipsorum | Exponentium præiudicium. Nos igitur eorundem Exponentium indemnitati, ne ex | editione huiusmodi aliquod dispendium patiantur, providere, illosque specialibus | fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis ex- | communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, sententijs, cen- | suris, & pænis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibusquo- | modolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harū | ferie absolventes, & absolutos fore censentes. Supplicationibus illorum nomine No- | bis super hoc humiliter porrectis inclinati eisdem Gratiano, & Dominico, vt durante decennio proximo a primæ- | ua dictorum Operum, si, postquam illa antea a dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apostolici approbata erunt | impressione computando. nemo, tam in Vrbe nostra, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediata, vel immediata | Nobis subiecto Opera prædicta sine speciali dictorum Gratiani, & Dominici, aut eorum Hæredum, & Successorum | vel ab eis causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressa vendere, seu venalia habere, aut | proponere possit, & valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, præsertim librorum Impressoribus sub excommuni- | cationis late sententiæ, ac sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & Typorum | omnium, pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ & pro alia eisdem Gratiano, & Dominico, ac pro reliqua tertijs par- | tibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandorum, & eo ipso absque vlla declaratione incurren- | dis pænis, ne dicto decennio durante Opera prædicta, aut aliquam illorum partem, tam in Vrbe, quam in dicto Sta- | tu Ecclesiastico possint sine huiusmodi licentia imprimere, aut alibi ab alio, vel aliis impressa vendere, vel vena- | lia habere, seu proponere quoque modo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea Dilectis filiis nostris, & | Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, vel aliis Iu- | risticis Ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus | eisdem Gratiano, & Dominico, eorum Successoribus, & Hæredibus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in | præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eisdem Gratiano, & Dominico, seu aliis præ- | dictis fuerint requisiti, pænas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quibusvis Statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolicæ, vel alia quavis firmitate roboratis: priuilegijs quoque, indultis, & litteris Aposto- | licis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis cæterisque contrariis quibus- | cumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam in ipsis Operibus impressis manu alicu- | jus Notarii publici subscriptis, & Sigilio personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fi- | des in Iudicio, & extra adhibeatur quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibite; vel ostensæ. | Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Augusti M. DC. LXIV. Pontificatus Nostri | Anno Decimo. | S. Vgolinus. |

Index:

INDEX
PSALMORVM.

Dixit Dominus.
Confitebor.
Beatus vir.
Laudate pueri Dominum.
Laudate Dominum omnes gentes.
Lætatus sum in his.
Nifi Dominus.
Lauda Ierufalem Dominum.
In conuertendo Dominus.
Credidi.
Deprofundis.
Magnificat.

FINIS.

Expensis Ioannis Baptiftæ Caifabrij Ad Signa Imperatoris, & Crucis Genuæ in Parione.

Contents:

Dixit Dominus [all verses]
Confitebor tibi [all verses]
Beatus vir [all verses]
Laudate pueri Dominum Sine Intonatione [all verses]
Laudate Dominum omnes gentes [all verses]
Lætatus sum [all verses]
Nifi Dominus [all verses]
Lauda Ierufalem [all verses]
In conuertendo [all verses]
Credidi propter quod [all verses]
De profundis [all verses]
Magnificat [all verses]

Part-books:

CANTVS PRIMVS.	A ²²	44pp.	Dedication.	Index.
CANTVS SECVNDVS.	B ²²	44pp.	Dedication.	Index.
ALTVS.	C ²⁰	40pp.	Dedication.	Index. Papal Privilege [C ¹⁰ mislabeled B ³]
TENOR	D ²⁰	40pp.	Dedication.	Index. Papal Privilege
BASSVS.	E ¹⁸	36pp.	Dedication.	Index.
ORGANVM.	F ²⁰	40pp.	Dedication.	Index.

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: I-Bc. RISM G3661, GG3661. Earlier edition of 1653 (RISM G3660), without Papal Privilege.